

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Obstinatio d
cum fonte primo

Tunc est consummata infelicitas
ubi turpia non solum delectant, sed
eciam placent; et desinit esse remedio
locus ubi quae fuerant uicia, mores
fiunt.

Seneca in epistola.

Serviunt itaque voluptatibus, non
fruuntur, et mala sua, quod malorum
ultimum est, et amant;
tunc autem est consummata infelicitas,
ubi turpia non solum delectant sed
etiam placent, et desinit esse remedio
locus ubi quae fuerant vitia mores
sunt.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 39, 6 (L. Reynolds
ed., vol.1, p.104, ll.7-11).